

Ruth

120

amaritudie valde repleuit me omnipotens. Egredia sum plena. et vacua reduxit me dominus. Cur ergo vocatis me noemi quam dominus humiliavit. et afflixit omnipotens? Venit ergo noemi cum ruth moabiride nuru sua de terra peregrinationis sue. ac reuersa est in bethleem quando primum bordea metabatur.

II.
Erat autem virgo elimelech con sanguine homo potens et magnarum operum nomine booz. dixitque ruth moabitis ad socrum suam. Si iubes vadam in agrum. et colligam spicas que fugerint manus metentium: vbi cumque dementis in me parissimilias reperero gratiam. Cui illa respondit. Glade filia mi. Abijt itaque et colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine booz: qui erat de cognatione elimelech. Et ecce ipse veniebat de bethleem. dixitque messoribus Dominus vobiscum. Qui responderunt ei. Benedicat tibi dominus. Dixitque booz iuveni qui messoribus preerat. Cui est hec puella? Cui respondit. Hec est moabitis que venit cum noemi de regione moabiride. et rogauit ut spicas colligeret remanentes. sequens messorum vestigia. Et remane vsque nunc stat in agro. et nec ad momentum quidem domum reuersa est. Et ait booz ad ruth. Audi filia. Ne vadas in alterum agrum ad colligendum. nec recedas ab hoc loco. sed iungere puell meis et vbi messuerit sequere. Vadam enim pueris meis ut nemo molestus sit tibi: sed ena si sitieris vade ad sarcinulas et bibe aquas de quibus et pueri mei bibunt. Que cadens in facie sua. et adorans super terram dixit ad eum. Quia mihi hoc ut inuenire gratiam ante oculos tuos et nosse me dignareis peregrinam mulierem? Cui ille respondit. Nunciatam sunt mihi omnia que feceris socru tuam post mortem viri tui. et que reliques

ris patres tuos. et terram in qua nata es et veneris ad populum quem antea nesciebas. reddat tibi dominus prope tuo. et plenam mercedem recipias a domino deo israel ad quem venisti. et sub cuius confugisti alas. Que ait. Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi. qui consolatus es me. et locutus es ad cor ancille tue. quoniam non sum similis vnique puellarum tuarum. Dixitque ad eam booz. Quando hora descendendi fuerit veni huc et comede panem et intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus et congestit polentam sibi: comeditque et saturata est. et tulit reliquias. Atque inde surrexit ut spicas ex more colligeret. Precepit autem booz pueris suis dicens. Ena si vobiscum merere voluerit ne prohibeatis eam et de vestris quoque manipulis projicite de industria. et remanere permittite ut absque rubore colligat. et colligentem nemo corripiat. Colligit ergo in agro vsque ad vespem. et que collegerat virga cedens et excitans: inuenit bordei quasi ephi mensuram. id est tres modios quos portans reuersa est in civitatem et ostendit focum suum. Insuper protulit et dedit ei de reliquijs tibi sui. quo saturata fuerat. Dixitque ei socrum sua. Ubi die collegisti? Et vbi fecisti opus? Sic benedictus qui miser est tui. Indicauitque ei apud quem esset operata. et nomen dixit viri quod booz vocaret. Cui respondit noemi. Benedictus sit a domino quoniam eandem gratiam quam probuerat vivis. seruauit et mortuis. Rursumque ait. Propinquus noster est homo. Et ruth. hoc quoque inquit precepit mihi ut tadium messoribus eius iungeret donec omnes feres meterent. Cui dixit focus. Melius est filia mi ut cum puellis eius exas ad merendum. ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Intra est itaque puellis booz et tamdiu cum eis messuit donec bordea et triticum in horreis condeventur.

.III.